I

1 **<Missa puerorum>**

2 <Admi>rabilis [fol. $3^r$] rabilis consiliarius Deus fortis Pater futuri seculi Princeps pacis multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis super solium David et super regnum eius sedebit ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia amodo usque in eternum

3 *Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum*

Charissimi apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et adventum glorie magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi qui dedit seipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni [fol. $3^v$] iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum hec loquere et exhortare in Christo Iesu domi-

---

**2.** Is 9,6–7
**3.** Tit 2, 11–15

---

**2.** *Mateus* 150.
**3.** *Mateus* 151.

---

**1.** [1] <Missa puerorum>] VIII KALENDAS IANUARIAS ID EST XXV DIE MENSIS DECEMBRIS NATALE DOMINI AD SANCTAM MARIAM *Ha*; IN UIGILIA DOMINI IN NOCTE. AD SANCTAM MARIAM *Pa; om. Sp, En;* VIII KALENDAS IANUARIAS. NATALI DOMINI ET MARTYRUM PASTORIS BASILEI ET IOUIANI ET UICTORINI ET EUGENIAE ET FELICITATIS ET ANASTASIAE *Le*; ITEM DE UIGILIA DOMINI IN NOCTE *Va*; ITEM OR DE NATAL IN NOC. AD SCA MARIA IN GALLO CANTO *Ge*; IN UIGILIA DOMINI IN NOCTE AD SANCTAM MARIAM *Sg*; MISSA PULLORUM *Ma*; <ORDO MISSAE IN UIGILIA NATIUITATIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI>*Go.*

**2.** *Om. in omnibus codicibus praeter Ma* 150.

[1] <Admi>rabilis] Isaie Prophete Hec dicit Dominus: Populus... nomen eius praem. Ma || [2] David] Dauid Ma || [3] iudicio] iudicio Ma | amodo] et add. Ma || [4] eternum] sempiternum Ma.

**3.** *Om. in omnibus codicibus praeter Ma* 150.

[1] Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum] Lectio ad Titum *Ma* || [2] Charissimi] Karissime *Ma* | salvatoris] saluatoris *Ma* || [3] abnegantes] impietatem *add. Ma* | vivamus] uiuamus *Ma* || [4] adventum] aduentum *Ma* | salvatoris] saluatoris *Ma* || [5] seipsum] semedipsum *Ma* || [6] hec] Hẹc *Ma* | exhortare] exortare *Ma.*